



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

2. Penes quos sit jurisdictio ordinaria?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

cando adsit autoritas & iurisdi-
ctio. [B] est autoritas quædam in
alium tāquam inferiorem & sub-
ditum, saltem in actu iudicandi,
absolusendi & ligandi in foro con-
scientiae. [C] inde et si Confessarii
in persona haberet iurisdictionem,
namen si in peccata, quia sunt, v.g.,
reservata, aut viceversa, non ha-
bet, absoluere pœnitentem non po-
test, & in valida sequeretur abso-
lutio. Didacus Nugnus. 3 p. D. Th.
q. 20 a. 2 de pœnitentia.

II. Ordinariam Iurisdictionem
habent omnes pastores Ec-
clesiae, principaliter Sum. Ponti-
fex in uniuersam Ecclesiam, im-
mediatè [A] à Deo, deinde Archi-
episcopi [B] tām in suam, quām
durante Visitatione suorum Epi-
scoporum Diœcésin. Episcopi in
suo Episcopatu. Parochi in suis
parœciis Prælati Religionum in
suis Collegiis, seu Monasteriis,
qui

qui omnes tanquam propriè
vocati Confessarii suos subditos v-
bique & à peccatis, & ab excom-
municatione in foro conscientiæ
possunt absoluere. Delegatam
seu ex commissione habent illi,
quibus eam ordinarii Pastores re-
spectu suorum subditorum com-
mittunt [C].

[A] [B] Communis T heologorum
deriuatur enim hæc potestas ex le-
ge & divino quodam decreto, quo
Dens certè statuit personæ ritè eu-
lectæ autoritatem illam & po-
testatem universalis pastoris &
capitis conferre, ac simul eis
dem infallibili quodam ductu
assistere in rebus tam fidei,
quam morum decernentis, que
ad communem fidelium salutem,
fideiq; integratorem pertinent.
Alii vero Pastores suam iu-
risdictionem, secundum uerio-
rem, immediate à Sum. Pontifice
obtine-

obtinent, non quidem vi consecra-
tionis, sed ex vi sui muneric, quod
consequuntur à summ. Pontifice,
iuxta illius institutionem ac me-
dum. [C] sylvestr V. Confessor.
1. num 4. ex iure & recepta
praxi Inde Religiosus quamvis se-
mel atq; iterum ab Episcopo fuerit
adprobatus, nec validè nec licite
confessiones audire potest, vide
Nugnum in q. 8. a. 5. dub. 8. de
pænitentia, nisi vel à superiore
exponatur, v g. Prælato, aut Vicar-
io absens Prælati pro Confessiona-
vibus audiendis, vel nisi ab Epi-
scopo specialem iurisdictionem
(quæ utpote à Regulari delegata
ad Confessiones audiendas sœcula-
rium etiam cum quadam univer-
sitate causarum nequit subdele-
gari, nisi forte sit ordinarius Pa-
stor) quam in sœulares concedere
potest, aut nisi eligatur in Confes-
sorem, ab eo, qui potest à quis
fimelice

simplice sacerdote adprobato ab-
soluit, siue qui tantum verialia,
vel mortalia iam confessi, siue qui
facultatem, v. g. nobiles, eligendi
Confessarium habeant: quo casu se
audiat huiusmodi Confessiones
contra Superioris voluntatem, va-
lidè quidem, sed non licite absolvet.

Nau. Man. c. 4. n. 6.

III. Absoluere à casibus, &
excommunicationibus reseruatis
vniuersim possunt, qui casus re-
seruarunt, ac censuras tulerunt,
Sum. Pontifex, Episcopus, Con-
cilium Generale, Capitulum &
Congregatio Cardinalium Sede
vacante, Prælatus Exemptus Re-
gularis, quasi Episcopalem iuris-
dictionem habens, singuliqe re-
spectu suorum subditorum, auto-
ritate ordinaria, tam in foro exter-
no, quam interno. Per commis-
sionem autem in foro externo ab-
soluere queunt, Legati, Nuntii, &
Com-